

- 2 Pro licentia docendi praxtextu alicuius consuetudinis nil debet exigi, vel promitti, ob hoc promissum remittitur, & solum restituitur, & illam vendens est beneficio privandus, & n. 4. & 12.
- 3 Legere volentes non sunt prohibendi si sint idonei, & contra facientes puniuntur, ut hic.
- 4 Magister Grammatices in Cathedrali, vel Collegiata deputatus, tenetur gratis docere clericos eiusdem Ecclesia tantum, alios vero non, nisi sint pauperes.
- 5 Pauperes non dicuntur qui opibus parentum sustentari valent.
- 6 Pater tenetur alere filios, etiam spiritus de iure canonico.
- 7 Patris divitiis consentur divitiis filii, etiam nil actu habentis.
- 8 Testimonium patris suffragatur filio, stante statuto, ne quis admittatur ad officium, nisi habeat centum in bonis.
- 9 Filius habens patrem divitem potest promoveri ad sacros Ordines, alique matrimonio.
- 10 Contrarium.
- 11 Quasi simoniacum reputatur, pro licentia docendi aliquid pretium exigere.
- 12 Et quid servandum circa expensas in assumptione magistris, vel doctoratus.

QUONIAM Totus hic titulus quoad primam, & secundam partem rubricae summatur a Io Andr. unico contextu, & concordant Cardin. Anchar. Abbas, Io. de Anan. & Mar. Socin. Quoad primam partem sic; Cathedralis ecclesia, & qualibet Collegiata, quae ad hoc sufficit, providere debet de una praebenda Magistro in Grammatica, qui clericos ecclesiae, & pauperes scholares gratis doceat; qui Magister à Prelato cum capitulo, vel majori parte ipsius eligi debet, quorum negligentiam supplebit Ordinarius. Metropolitana ecclesia etiam habebit Theologum, & si utriusque non sufficit, de Grammatica in aliqua ecclesia suam, quae ad hoc sufficiat, faciat provideri. Ut Theologi possint haberi, Praelati, & Capitula ad Theologiae studium aliquos mittere debent, quibus providebunt, si sui reditus eis non sufficiunt: & docentes in Theologia donec docuerint, & studentes, per quinquennium integrè praebendarum suarum fructus percipiant, consuetudine, vel statuto contrariis non obstantibus, hoc dicit cap. 1. in 1. par. secundum in 2. penult. & ult. Quoad secundam partem summatur sic; pro licentia docendi praxtextu alicuius consuetudinis nil debet exigi, vel promitti: ob hoc promissum remittitur, & solum restituitur: idonei legere volentes prohiberi non debent: contrafacientes officiis, & dignitatibus privabuntur. Hoc dicit cap. 1. in 2. par. & cap. 2. in prima, & cap. 3. Sed Antonius de Butrio summatur unamquamque Decretalem per se; quod satis placeat, ut singula facilius intelligantur, secundum Abb. Marià Socin. & Felin. Vnde haec prima summatur sic: ecclesia Cathedralis providere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiae, & alios pauperes gratis doceat; & vendens licentiam docendi, aut idoneum ad docendum impediens, est beneficio privandus. Hoc statuit, sunt tres partes; in prima provideri mandat de Magistro, in secunda factum reprehensibile inhi-

bet, ibi, Pro licentia, in tertia poenam imponit, reddens causam, ibi, Qui autem.

Nota primò ibi, Pauperibus, Quilibet Cathedrali teneri providere de Magistro, qui clericos eiusdem Ecclesiae, & pauperes scholares gratis doceat: ergo alios clericos non tenetur gratis docere, nisi sint pauperes, cap. Qui nonnullis, infra eodem, secundum Innoc. in ver. Eiusdem, Host. n. 1. Io. Andr. n. 2. in eodem ver. & Butr. in secundo notab. à divitibus enim, qui eiusdem Ecclesiae non sunt, licite potest accipere, cum non propter eos habeat praebendam, arg. cap. Charitatem 12. q. 2. cum similit. ut per Innoc. in d. cap. Quia nonnullis, in prime.

Secundo nota ibi, qui parentum opibus iuvari non possunt. Pauperes non dicit, qui opibus parentum sustentari valent, prout ex hac litera deducunt Abb. Mar. Socin. & Felin. omnes in primo notab. reddentes rationem, quia pater tenetur filiis alimenta, & alia necessaria subministrare, l. Si quis à viris, ff. de liber. agnoscent. etiam si sint spurii, secundum Canones, ut cap. Cum haberet, in fin. supra de eo, qui duxit in matrimonium, quam poll. per adulter. Itaque divitiis patris consentur divitiis filii, etiam nihil actu habentis; quod pluribus more suo exornat Felin. hic n. 2. vers. Nota ex eiusdem verbis; & in specie ex hoc notabiliter inferit, ut stante statuto ne quis admittatur ad officium, nisi habeat centum in bonis, alium patris hoc casu pro filio nil in bonis habenti; ad quod semper allegat gloss. in l. 2. in ver. Potestate, C. qui etate, lib. 10. qui dicit alium patris filii reputari; idem dicit Bald. in l. 2. in 8. col. per. Item nota quod alium, C. de liber. & eorum liber. & in l. fin. in fin. C. de impub. & alius iussit, & Bart. in l. 1. §. Domini, il terzo, n. 2. ff. ad Sillaniam.

Hinc etiam deducunt aliqui, ut quamvis Episcopus, qui ordinavit clericum ad sacros ordines sine sufficienti titulo, non habente de suo unde vivat, teneatur ei vitæ necessaria subministrare; tamen hoc non procedat, si ordinatus habeat patrem divitem, cuius opibus vivere possit, ut innuit textus in cap. Episcopus, supra de praeb. in illis verbis; (Nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.) ibi hoc notat Decius n. 7. dicens idem sentire Io. de Imol. ibidem cola 2. vers. Vltimo potest notare: quoniam ex hoc inferit Sordus in tract. de alimentis, tit. 7. q. 37. n. 2. ut etiam à principio clericus promoveri possit ad sacros absque patrimonio, si patre habeat divitem: sed haec non sunt admittenda post Concilium Tridentinum cap. 2. q. 21. ut plene scripsi in dict. cap. Episcopus à n. 20. usque ad n. 30. de praeb.

Tertiò nota ex secunda parte textus, & rubricae, pro licentia docendi non licere aliquod pretium exigere contraria consuetudine non obstante ut hic, & in duobus cap. seq. & idem hoc quasi simoniacum reputatur, ut hic in gloss. in ver. Consuetudinis; nam licet, & proprie sumpto vocabulo, in hoc non dicitur committi simoniam, licet potest intelligi, quod notat Vincent. in cap. seq. & ibi etiam Innoc. in fin. dicens hoc non esse simoniam, sed turpè lucrum: largè tamen, & improprie potest dici simonia, ut hic per Mar. Soc. n. 10. & Felin. n. 4. per. in gloss. ver. Consuetudinis & hoc denotat dictio illa, quasi, posita in gloss. que regulariter est nota improprietatis, ut l. 3. §. fin. ff. de

vi, & vi armat. & notatur in cap. 2. de praeb. lib. 6.

Hodie tamen circa expensas à scholaribus faciendas assumptione magistris, vel doctoratus est provium per Concilium Viennense in Clem. Cam sit nimis, de magistris.

Providet hoc Capitulum circa magistrum grammatices, secundum Io. Andr. & sequaces in summa huius tituli, ut dixi supra in princ. De magistro autem Theologiae statuit cap. final. infra eod. sed quia de utroque statuitur tam in cap. Quia nonnullis, infra eod. quam in Concilio Tridentino cap. 1. sess. 5. idè & nos de utroque agemus in praedicta Decretali Quia nonnullis, ubi melius cadit.

De Magistris.

Cap. Quia nonnullis.

S V M M A R I V M.

- 1 Magister grammatices eligi debet à Prelato, & Capitulo in qualibet Cathedrali, vel Collegiata in facultatibus sufficientibus in metropolitana vero eligi debet etiam Theologus.
- 2 Tridentinum Concilium in quo discrepet à iure communi circa electionem magistris grammatices in Metropolitana Cathedrali, & Collegiata Ecclesia, & num. seq. usque ad n. 24.
- 3 Magister grammatices qualis eligendus.
- 4 Magister ludi literarii à communitate electus potest ab Episcopo examinari in iis divinatibus, quae spectant ad fidem, doctrinam catholicam, & bonos mores.
- 5 Monachus, & religiosus an possit in magistrum, & n. seq. usque ad n. 15.
- 6 Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, Declaratur n. 11.
- 7 Regale monachali, & ecclesiasticis officiis nemo potest simul deservire, & n. 12.
- 8 Professio dispar esse non debet in uno, & eodem officio. Declaratur n. 13.
- 9 Monachus bonus vix bonum clericum facit, & numero 14.
- 10 Monacham scientem, & honestum satius est Cathedrali praeficere, quam saeculare clericum scientem, & inhonestum.
- 15 Magister grammatices de iure eligendus est ab Episcopo cum consensu Capituli.
- 16 Sed ex Concilio Tridentino eligi debet cum Capituli consilio, quod Episcopus tenetur petere, sed sequi non cogitur.
- 17 Magister grammatices tenetur gratis docere clericos etiam divites illius Ecclesiae, in qua est constitutus: alios vero clericos, & scholares non tenetur docere gratis nisi sint pauperes.
- 18 Et quid ex Concilio Tridentino.
- 19 Magister unus tantum, scilicet grammaticus de iure constituitur debet in Cathedrali, vel Collegiata: in Metropolitana autem duo, id est Theologus, & Grammaticus.
- 20 Sed ex Concilio Tridentino in qualibet ex dictis Ecclesiis constituendus est Theologus tantum, & in eius defectum Grammaticus.
- 21 Saltem, dictio est subsidiaria, & diminutiva.

- 22 Magistrae grammatices de iure assignandi sunt à Capitulo reditus unius praebenda, quos tandem percipiat, quamdiu perseveret in docendo.
- 23 Et quid ex Concilio Tridentino.
- 24 Theologiae Lector de iure eligi debet tantum in metropolitana Ecclesia: sed ex Concilio etiam in cathedrali, & collegiata.
- 25 Lector Sacrae Scripturae ex Concilio Tridentino haberi debet in monasterio monachorum, in conventibus regularium, & in publicis gymnasiis.
- 26 Lector Sacrae Scripturae examinandus est ab Episcopo loci de vita, & moribus, & scientia; quod tamen de Lectoribus in claustris monachorum non intelligitur.
- 27 Nec de Lectoribus in conventibus regularium.
- 28 Theologi officium est Sacerdotis, & alios docere sacram Scripturam, & in his praesertim instruere, quae ad curam pertinent animarum.
- 29 Theologalem praebendam obtinens an possit legere theologiam scholasticam.
- 30 Scriptura Sacra proprie dicitur quae in sacris literis continetur.
- 31 Theologia scholastica est, quae legitur in libro sacrorum scripturum.
- 32 Theologiae praebenda an possit conferri Canonista.
- 33 Theologus in Metropolitana Ecclesia electus de iure non est sicut Canonicus. Secus ex Concilio Tridentino.
- 34 Praebenda primò vacatura est post Concilium Tridentinum pro Lectori Sacrae Scripturae ipso facto constituta intelligitur, ibidem.
- 35 Requiritur tamen actualis Episcopi deputatio, & creatio, n. 36. & n. 37.
- 36 Theologiae praebendam obtinens qualiter sit cogendus muneris sui satisficere.
- 37 Collatio praebenda, quae primò post Concilium Tridentinum vacavit facta persona minus idonea ad legendam Sacram Scripturam valida est si praebenda nondum fuerat deputata, & creata in theologalem.
- 38 Theologi electi spectant ad Episcopum; praebenda vero theologalis collatio faciendae ab eo, ad quem ante Concilium Tridentinum spectabat, & n. seq.
- 39 Praebenda: quae primò post Concilium vacavit in mensibus reservata, non potest univè prolezione Sacrae Scripturae: & idem si in dictis mensibus Cardinalis habeat indultum.

QUONIAM IN qualibet Cathedrali Ecclesia, vel alia in facultatibus sufficientibus debet à Prelato, & Capitulo unus magister eligi, cui reditus unius praebenda debent assignari: in Metropolitana vero Ecclesia etiam eligi debet Theologus: & si ad Grammaticum, & Theologum non sufficiat, provideat ipse Theologus de praebenda, & Grammatico faciat provideri in aliqua ecclesiarum suae civitatis, vel diocesis. Hoc dicit Butr. Abb. Io. de Anan. Marian. Socin. & Felin. Primò ponit statutum Concilii, quod secundò innovat, & supplet ibi Host. Providet hic Innocentius III. in Concilio generali tam circa magistrum grammatices, quam circa Theologum, prout etiam facit Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 5. unde nos similiter de utroque agemus, iuxta ordinem huius litterae, primò scilicet de Grammatico, secundò de Theologo.

Circa

Circa primum conjungendo dispositionem rextus nostri cum decreto Tridentini Concilii in d. c. 1. *vers. Ecclesia verò*. Notandum est hoc textu ibi, *ad iudicium*, non solum hic robotari, & secundum Hostien. n. 1. innovari statutum Concilii Lateranensis sub Alexandro III. de quo in cap. 1. *supra eod.* sed aliquid adjici: sic etiam Concilium Tridentinum non tantum Summorum Pontificum, & Conciliorum constitutionibus cohaeret, eaque amplectitur, verum etiam illis nonnulla adjicit, ut in *procem. d. c. 1. sess. 3.*

2. Secundo nota ibi, *sed etiam in aliis*: quod non tantum Cathedralis, sed etiam Collegiatae Ecclesiae debent habere magistrum grammatices: nam verbum, *aliis*, exponitur, id est Conventualibus, & capitulum habentibus, secundum Holt. n. 1. in *fin. in verb. in aliis*, Ioan. Andr. *eod. num. in verb. Aliis*, & Anchar. in *primo notat* & in hoc addit haec Constitutio Lateranensis Concilio. Dum autem dixit de Cathedralibus intelligi etiam Metropolitanis: nam Metropolitana Ecclesia praeter Theologum debet etiam habere magistrum in grammatica facultate, sicut qualibet Cathedralis, ut patet in textu ibi, *Metropolitana Ecclesia Theologum nihilominus habeat*; id est ultra magistrum grammatices: nec non ibi, *Quod si forte de duobus Ecclesia metropoli gravetur*, &c. in hoc concordat Concilium Tridentinum in d. cap. 1. *sess. 3.* nam qua parte disponit, ut Ecclesiae, quae Theologum habere non possunt, saltem habeant magistrum grammatices: verbum illud, *Ecclesiae*, refertur ad Metropolitanas, Cathedrales, & Collegiatas, de quibus supra fecerat mentionem in Constitutione praebenda theologalis.

3. Tertia nota ibi, *idoneus*: Non quemlibet, sed idoneum tantum constituendum esse in magistrum grammatices, id est qui moribus primum, deinde facundia excellat, l. *Magistros, Cod. de profess. & medic. lib. 10* bonam enim conversationem debet habere testem doctrinae, cap. *Valentinianus, 63. dist. &* notat glof. in cap. *Quanto in verb. Idonei*, supra eod. Unde & magister ludi literarii à communitate electus ex sententia Sac. Congregationis Concilii potest ab Episcopo examinari in iis, quae spectant ad fidem, doctrinam Catholicam, & bonos mores.

4. Sed nunquid religiosus, & praesertim monachus possit alium in magistrum? Host. *hic n. 3* disputat quaestionem ad partes, & primo arguit ad negativam, quam monachus non docentis, sed plangentis habet officium, cap. *Monachus*, & cap. *segg. 16. q. 1.* Item quia secundum Gregorium nemo potest ecclesiasticis officiis simul, & monachali regulae deservire, cap. *Nemo*, 16. q. 1. Ergo longe minus monachali, & magistrali: & sicut dicitur in Concilio Hispanensi in uno, & eodem officio non debet esse dispar professio, & coherere, & conjungi non possunt quibus vota, & studia sunt diversa, c. *In nova, 18. q. 7.* non ergo clerici saeculares, & regulares quoad officium docendi videntur simul conjungi posse, quia secundum Augustinum bonus monachus vix bonum clericum faciet, c. *Leges*, 16. q. 1. quod si non facit bonum clericum, ergo nec bonum magistrum: tales igitur repelli debent ab officio magistrali, quia in talibus male concordaret cithara cum psalterio, arg. cap. *Dipsosis*, & cap. *Quod dicit, de cler. coniugat.* Sed in contrarium arguit, quia secundum Hieronymum ad Ru-

sticum Monachum, multo tempore debet Monachus discere, qui postea doceat, sed caveat ne citò usurpet, & ne prius sit magister, quam discipulus, cap. *Sic vive*, & cap. *Sic levitatus*, 16. q. 1. Item factus est cathedra praefere Monachus scientem, & honestum, quam saecularem clericum scientem, & inhonestum, secundum Io. Chrysostom. in cap. *Multi sacerdotes*, 20. *dist. 2.* & Ambros. in cap. *Doctos*, & in cap. *segg. 11. q. 1.* maxime cum gratis doceant, nec idonei sunt prohibendi, ut legitur, & notatur supra in cap. *prox.* His in utraq; parte adductis concludit Hostien. sub distinctione: nam aut monachus ingerit se; & sic est repellendus, ut in primis concordant: aut à superiore suo mittitur, & ab illo, ad quem pertinet, licentiat; & sic est admittendus, cap. *Moderamine*, cum cap. *segg. 10. q. 1.* & cap. *castra*, de offic. *Ordinar.* dum modo tamen à scientiis prohibitis ablineat, secundum ea, quae leguntur, & notantur in ea p. *Nem magis optere*, & in cap. *final. de cler. vel monach.* hoc etiam exposcit non solum utilitas proprii monasterii, sed etiam universalis Ecclesiae: ad hoc cap. *Ad audientiam*, de cleric. non residentibus non obstat quod Monachus non habeat officium docentis; quia hoc verum, nisi ad illud eligatur, vel assumatur. Item non obstat cap. *Nemo eligatur*, 16. q. 1. quia licet eodem momento non possit ecclesiasticis officiis, & monachali regulae deservire, potest tamen hoc diversis locis, sicut & faciunt plerique saeculares clerici, item non obstat Hispan. *secc. concilii*, quia verum est non debere sub uno, & eodem tecto sociari homines diversae professionis, id est contraria, ut ibi: nam aliis certum est in una, & eadem universitate esse diversorum corporum hominum generum diversa. Sed nec quoad officium magisterii saecularium, & regularium diversa sunt studia, quia utriusque student, utriusque docent: nam est consideratur universitas studentium, diversarum scientiarum diversis studii modi, & tamen utrumque corpus constituunt, & simul coherant, & simul conjunguntur. Demum non obstat quod bonus Monachus vix faciat bonum clericum: quia est vix sit, tamen sic. l. *Vix certis*, ff. de iur. cap. 2. de cognat. *spiritual. lib. 6.* ita Host. cum quo concordant hic Io. Andr. n. 2. Henric. Ebich. *nu. 12* Butr. n. 3. Cardin. *eod. num.* Anchar. n. 8. Abb. n. 1. Io. de Anan. n. 2. Marian. Socin. n. 4. & Felin. n. 1. Archid. in cap. *Monachus*, n. 1. 16. q. 1. & ibi etiam Bellam. *post princip.* quod latissime prosequitur Turrec. in cap. 1. n. 4. *caem. ed. n. 6. & quae*

15. Quarto nota ibi, *A Praelato cum Capitulo*, Magistrum in grammatica facultate eligendum esse à Praelato cum Capitulo, ut in littera: imò ut dicit Hostien. *hic n. 7. vers. Vel die quod verius est*, magis requiritur in tali electione consensus Capituli, quam Praelati, quia Praelatus non debet doceri, sed docere: illi verò de Capitulo sunt instituenti; unde ipsorum interest, ut eligatur talis, qui diligatur, & cuius modus acceptabilis sit, & cum Host. transeunt Io. Andr. n. 3. Anchar. in *secundo notat.* referentes illud Quintilianii *lib. 2. de orator. institut.* ut Praeceptoris est officium docere, ita discipulorum praebere se dociles: scientia enim convalescere nequit, nisi sociata fuerit tradentis, accipientisque concordia: sed nihilominus Concilium Tridentinum in d. d. c. cap. 1. *sess. 3. vers. Ecclesia verò*, in electione magistri grammatices non exigit Capituli consensum, sed consilium, ut patet

ibi,

ibi, *Ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum*. Quod ut Episcopus teneatur consilium petere, sed sequi non adstringatur, cap. *Cum olim de arbit.* cap. 1. *de Capell. Monach.* glof. in cap. *Cum veteri in verb. Expositum*, de electio. Doct. in cap. *Quantum de his quae vult à Praelato*, & in terminis d. cap. 1. *sess. 5.* alias censuit Sac. Congregatio ejusdem Concilii Interpretes.

17. Quinto nota ibi, *clerico ecclesiarum ipsarum*; magistrum grammatices tenere gratis docere clericos illius ecclesiae in qua est constitutus magister, etiam si divites sint; quia cum illorum ratione habeat reductus praebenda, iuris consentaneum est, ut aliam mercedem ab eis non accipiat; alios verò clericos, & scholares, quia illorum ratione non habet praebendam, non tenetur gratis docere, nisi sint pauperes, ut notatur in cap. 1. *supra eodem Innocen. in verb. Eiusdem*, Hostien. *num. 1.* Ioan. Andr. *num. 2. in eodem verb.* & Butr. in 2. *not.*

18. & idem Innocent. *hic in princip.* Sed Concilium Tridentinum in d. cap. 1. *sess. 5.* non restringit se ad clericos ecclesiarum, in quibus magister constituitur, sed simpliciter, & indistincte dicit (qui clericos, alioque scholares pauperes grammaticam gratis doceat) ergo simpliciter, & indistincte de omnibus clericis videtur intelligendum arg. cap. *Relatum*, in *secundo*, §. 1. *sup. de testam.* cap. *Quia circa*, de privileg. l. 1. §. *Generaliter*, ff. de legat. *praesent. l. De pretio*, ff. de publican. in *rem action.* Nisi dixerit Concilium distinguere Canones antiquos, à quibus recipitur interpretacionem passivam, l. 2. c. *de vocalib.* & fecit in his terminis notat Hostien. *hic n. 7. in verb. Et alios* Sed nihil firmo, quia non reperio decisum.

19. Sexto nota ibi, *metropolis ecclesia*: & accurate observa differentiam inter Cathedrales, vel Collegiatas, & metropolitanas ecclesias: nam in Cathedralibus, & Collegiatis constituendus est unus tantum magister, scilicet grammatices: in metropolitana verò constituendi sunt duo magistri, unus scilicet in Theologia, alius in Grammatica facultate, & culibet ipsorum assignandi sunt à Capitulo proventus unius praebende, ut in littera,

20. & notant omnes in summario textus. Verum Tridentina synodus in d. cap. 1. *sess. 5.* in qualibet ecclesia seu metropolitana, seu Cathedrali, seu Collegiata non mandat constitui nisi Theologum cum assignatione praebende proximè vacaturae: quod si illatum proventus tenues fuerint, vel tam exigua sit clerici, & populi multitudo, ut Theologi electio in eis commode haberi non possit; tunc mandat ut saltem magistrum habeat, qui clericos alioque scholares pauperes grammaticam gratis doceat, Atque ita Concilium non mandat constitui Grammaticum nisi in defectum Theologi, & in subsidium, cum dictio illa, *saltem*, sit subsidiaria, & diminutiva, c. *Statusum*, §. *Cum verò*, & ibi bona glof. in *verb. Saltem*, de *rescript. lib. 6. l. 1. c. de emendat. propin.* Bart. in l. 1. *num. 5. ff. de iure Codicill. Paul. de Castro conf. 79. Pro pleniori*, num. 7. *lib. 1.* Diferret igitur Concilium à iure communi in duobus quantum ad hoc. Primo quia de iure in Cathedrali, vel Collegiata constituitur Grammaticus: ex Concilio constituitur est Theologus. Secundo quia de iure in metropoli constituendi sunt duo magistri, scilicet Theologus: & in subsidium Grammaticus.

21. Fateor tamen Concilium non improbare, quin

potius velle, ut quicumque, alia lectione, vel consuetudine, vel quavis alia ratione jam constituta propter id minime praeferantur, ut patet in eodem c. 1. *vers. Ita tamen*.

22. Septimo nota ibi, *Ynius praebenda proventus*, Magistro grammatices esse assignandos à Capitulo proventus unius praebenda, quos tandiu percipiat, quandiu periterit in docendo. Quod si proventus huiusmodi non satisfaciunt Metropolitanus in alia ecclesia suae civitatis, sive diocesis, qua sufficere valeat, faciat provideri, ut in text. Concilium verò, in d. c. 1. *sess. 3. vers. Ecclesia verò*, nullam mentionem facit de praebenda, sed mandat, ut magister grammatices, vel alioquin simplicis beneficii fructus, quos tandiu percipiat, quandiu in docendo periterit, assignentur, vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces perfolvatur, vel alias Episcopus ipse aliquam rationem inear suae Ecclesiae, & diocesis accommodat. Haec circa primum scilicet magistrum grammatices,

24. Circa secundum, scilicet Theologum similiter conjungendo hunc text. cum decreto Concilii in d. cap. 1. *vers. In ecclesiis*, *sess. 5. notat* in *verb. Sanè metropolis*. Theologum de iure esse eligendum in metropolitana ecclesia dumtaxat; sed ex Concilio eligi debet non solum in ecclesiis metropolitanis, sed etiam in cathedralibus, si civitas sit insignis, vel populosa, & in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius diocesis; & ita extenditur dispositio huius textus à metropolitana ad cathedrales, & collegiatas ecclesias, ut praefertur qualitates. Praeterea addit Concilium in d. cap. 1. *sess. 5.* ut in monasteriis quodque Monachorum, ubi commode fieri queat, lectio sacrae Scripturae habeatur. Quia in re si Abbares negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc ut Sedis Apostolicae Delegati eos ad id opportunis remediis compellant; & eandem lectionem haberi praecipit in conventibus regularium, ubi studia commode vigere possunt, & in gymnasiis publicis; statuitque neminem ad huiusmodi electionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit, quod tamen de lectoribus in claustris Monachorum non intelligitur, ut ibi: Et cum sanctae memoriae Cardinalis Borromaeus petisset declarari, an admittendi ad officium legendi sacrae Scripturae in conventibus regularium, non tamen in claustris Monachorum, examinandi, & approbandi sint ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia ex *sess. 5. cap. 1. S. Congregatio Concilii* censuit non esse.

26. Secundo nota ibi, *In sacra pagina doceat*: officium Theologi ut supra electi esse Sacerdotes, & alios docere in sacra pagina, & in his praesertim instituire, quae ad curam animarum spectare consueverunt: ex Concilio Tridentino d. cap. 1. *sess. 5.* Lectoris sacrae Theologiae munus est sacrae Scripturae exponere, & interpretari.

29. Sed supplicante Capitulo Collegiatae Hispanen. ut obtineret praebendam Theologalem, qui sine fructu sacrae Scripturae prius legebat, cui nemo ibidem inest, liceret prosequi lectione Theologiae scholasticae, quam inceperat cum magna utilitate. Die 23. Februarii 1576. Congregatio generalis consideravit. Primo quod proprie loquens

ibi,

do sacra Scriptura dicitur quæ in sacris literis continetur. Biblia, Evangelium, Epistola Pauli, &c. Theologia vero illa scholastica, quæ in libris sacrorum Scripturæ legitur, Augustini, Hieronymi, Thomæ, Cajetani, &c. Concilium autem *l. 7. sess. 1.* Licet in principio videatur respicere ad sacram Scripturam tantum, tamen indifferenter postea in subsequentibus modo Theologiam, modo sacram Scripturam nuncupat. Et propterea cum Concilium de utraque expresserit, de utraque erit intelligendum, sicut alteram legere sufficit, vel sacram Scripturam, vel Theologiam scholasticam. Quod etiam sensisse videtur Concilium Lateranense, ad quod Concilium Tridentinum respicit, *cap. Quia nonnulli, de Magistris*, ibi (Qui Sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur: & sic in Theologia scholastica) Fuerunt tamen ex Cardinalibus qui dicerent: quando leget Theologiam scholasticam, puta de uiribus, sumat initium a verbis sacre Scripturæ puta *mutuum dantes, nihil inde sperantes*; & sic semper præmittat aliquem locum sacre Scripturæ, & deinde descendat ad scholasticam occasione illius interpretationis. Sed hoc consilium est, non necessarium: præsertim cum in discursu scholasticæ necesse sit citare locos sacre Scripturæ. Citatus etiam fuit Rebuffus *lib. de collat. in ver. Legere*.

Verum cum Episcopus Cremonens, non reperiret Theologum idoneum in civitate seculari, contulit primam præbendam post Concilium vacantem Vicario Canonice: Dubitavit an id fieri liceret. Nihil reperio decisum à Sac. Congregatione, sed notavit Cardinalis Alciatus non potuisse Episcopum hoc facere, quia Concilium primo vacaturum vult pro Theologo; Nec ponit Episcopum derogare, & quod provisas non facit fructus suos, quia sine titulo. Episcopum autem indigere absolutione Papali propter penas, in quas incurrit comminatus in Bulla Pii IV. contra non observantes Concilium; & idem hæc esse referenda Sanctissimo, qui Episcopum absolvit signo Crucis, & provisos pariter fuit absolutus ore tenus tantum, & dixit quod in posterum cum vacatio contingit non in mense Apostolico, conferat omnino Theologo. Reperi etiam adnotatam resolutionem missam à Cardinali sancti Sixti, sed non authenticam his verbis: (Concilium Tridentinum loquens de præbendis Theologalibus non habet locum in Canonicis, cum non sit eadem ratio: etsi non invenitur Theologus facta diligentia non solum in loco, sed etiam extra, poterit non solum Canonicis assignari, sed cuilibet; sed non propterea occurrente vacatione debuit omitti, quin de novo fiat diligentia de reperiendo Theologo.

33 Tercio nota in vers. *Assignetur*. Theologo ut præfertur electo assignandos esse provenus unius præbende, itur per hoc non efficiatur Canonicus, sed tandiu reditus ipsos percipiat, quandiu persistit in docendo, ut dicitur in textu. Contra vero Concilium Tridentinum in *d. 6. l. sess. 5. vers. in ecclesiis*, statuit ut præbenda quomodocumque præterquam ex causa resignationis primo vacatura ad usum lectoris Sac. Theologi ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur; & ita ex Concilio sac. Scripturæ Lector post vacationem præbende habet eam perpetuo in titulata, & Ca-

nonicus efficitur, & sic muneri suo satisfaciat puniri potest etiam privatione ipsius præbende, ut in subiecta declaratione.

35 Cum in Ecclesia Majoricen quidam præbenda Theologalem obtinisset, nec legere ullo modo vellet, Episcopus consulit sacram Congregationem quid sibi esset agendum. Sacra Congregatio censuit posse cogi comminationibus penarum, & sequestratione fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat: Demum crescente contumacia ad alias penas etiã privationis deveniendum factaque privatione ad corroborandum Concilii decretum Episcopum declarare debere talem præbendam, & canonicatum affectum fuisse, & esse ex Concilio pro sacra Scripturæ Lectore: tum delegat personam idoneam, quæ id muneris per se ipsam exequi valeat, & illi per ordinarium collatorem huiusmodi præbenda conferatur.

36 Ceterum adverte, quia etsi Concilium dicat præbendam primo vacaturam pro Lectore sacre Scripturæ ipso facto constituta, & deputata intelligatur: nihilominus ad id requiritur actualis Episcopi deputatio, & erectio, ut lapsus fuit resolutum, & in specie orta dubitatione, an si præbenda, quæ primo post confirmationem Concilium vacavit, & ipso facto eiusdem Concilii decreto *sess. 5. c. 1. vers. in ecclesiis autem*: pro Lectore sacre Scripturæ perpetuo constituta, & deputata intelligitur, collata fuerit inhabili ad id munus per se explicandum collatio valida sit: & quatenus valida existat, an eiusmodi præbendam obtinens cogi possit ad solvendum competens stipendium alicui idoneo ab Ordinario loci eligendo, qui loco sui sacram Scripturam interpretetur. Die 26. Aprilis 1582, in Congregatione generali proposito, & in utramque partem mature perpensio, & discussio dubio, quatuor ex Cardinalibus censuerunt collationem invalidam esse, quippe factam contra formam legis Reliqui tres steterunt pro validitate, cum dicerent ex Concilio illam collationem nullam, & invalidam intelligi, quæ inhabili facta sit eius præbende, quæ actu in Theologalem deputata, & erecta reperitur: Omnes tamen decisionem rejecerunt ad Sanctissimum, qui postmodum diei in Consistorio audita relatione Congregationis, sentiens decretum Concilii in vers. *In ecclesiis autem esse conditionatum*, & requiri declarationem, & actualem deputationem, respondit valere collationem præbende, quæ primo post Concilium vacavit, factam personæ minus idoneæ ad sacram Scripturam per se ipsam interpretandam, si nondum illa præbenda actu fuerat deputata, & erecta in Theologalem. Postea in una Majoricen, & aliis sæpius est responsum ad erectionem præbende Theologalis requiri actualem deputationem.

37 Sed dubitatur an in eo canonicato, & præbenda quæ secundum Tridentinum Concilium assignatur Lectori sacre Scripturæ, remaneat Episcopo proviso, qui prius sibi in eodem canonicato competebat, servatam tamen formam dicti decreti, ita ut Capitulum non possit se intronizare in provisione dicti canonicatus, sicut prius se non intronittebat: Congregatio privata rejecit ad generalem, tum quia prius de eodem negotio in una Bergomen. Congregatio generalis non omnino decrevit, sed inclinavit contra Capitulum: tum quia

38 Sed dubitatur an in eo canonicato, & præbenda quæ secundum Tridentinum Concilium assignatur Lectori sacre Scripturæ, remaneat Episcopo proviso, qui prius sibi in eodem canonicato competebat, servatam tamen formam dicti decreti, ita ut Capitulum non possit se intronizare in provisione dicti canonicatus, sicut prius se non intronittebat: Congregatio privata rejecit ad generalem, tum quia prius de eodem negotio in una Bergomen. Congregatio generalis non omnino decrevit, sed inclinavit contra Capitulum: tum quia

quia verba illa concilii de consilio Capituli videntur referri tantum ad proximam, nempe quando agitur, vel de assignatione, vel contributione, vel de magistris: tunc enim de consilio Capituli, quia agitur de contributione, tum quia præbenda ipso iure applicatur à Concilio pro præbenda Theologali, quo casu videtur Concilium reliquisse collationem in terminis, in quibus erat præbenda ante Concilium, & sic soli Episcopo. Adjuvat, quia supra cum de substituto idem agitur, soli Episcopo datur electio. Adjuvat, & exemplum Penitentiarum *sess. 24. cap. 8.* quamquam illud alijs verbis sit conceptum ibi, ab Episcopo instruitur; & cum pro Episcopo stet regula, & stet jus vetus, postea ad summum pro honore Capituli addi, de consilio Capituli, quod non tenetur sequi. Sed tamen die 14. Maii 1576. Congregatio generalis censuit quicquid alias dictum fuerit in Bergomen. Concilio relinquere in terminis juris, qui ante Concilium erant, quæ fieret collatio præbende Theologalis; & ideo si præbenda ante Concilium ad Episcopi collationem spectabat, nunc etiam pertinere absque consilio Capituli. Secunda Augusti die 1576. cum iterum hæc de re actum fuisset, relatis tribus allegationibus Capituli, censuit persolvendum in decretis; & subinde in una Bergomen. cum fuerit dubitatum ad quem spectaret electio Theologi, & collatio præbende Theologalis; & an possit uniri quoties vacaret in mensibus reservatis, præsertim si in illis aliquis ex Cardinalibus habeat indultum: Sacra Congregatio die 1. Decemb. 1602. censuit electionem Theologi spectare ad Episcopum, collationem vero præbende faciendam ab eo, ad quem antea spectabat. Præbendam vero vacantem in Mensibus reservatis Sedi Apostolicæ non posse uniri pro dicta electione; Idemque si in dictis mensibus Cardinalis habeat indultum.

DE MAGISTRIS.

Cap. Super Specula.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati, & Capitula ad studia Theologiae scholares dociles transmittere tenentur.
- 2 Magistri quamvis publice in scholis Theologiam, vel ius canonicum docuerint, & scholares per quinque annos gauderent fructibus beneficiorum suorum amissis distributionibus quoad tunc, & n. 4. & n. 11.
- 3 Et quid si fructus omnes distributionibus consenti, n. 3.
- 4 Et quid si præbenda sit in cathedrali civitate, ubi lectorum munere iunguntur, n. 5.
- 5 Lectores Theologiae ut gaudeant privilegio percipiendi fructuum præbendarum suarum in absentia an debeant esse stipendiarii, & ex numero abdicentium Cathedralium, & n. sequ. usq. ad n. 10.
- 6 Lectores sacre Theologiae, & scholares promovent utilitatem universalis Ecclesie.
- 7 Stipendium ex publico quo iure lectoribus assignandum.
- 8 Lectores ut gaudeant privilegio lectoribus concessio factis est, ut legant in civitate Regia, vel privilegio.

giata, vel longissima possessione super hoc munificata.

- 10 Facultas, quam à iure habent Episcopi dispensandi cum illis, qui narchiales obtinent, ut litterarum studio ad septennium insistant, & interea promovendi non teneantur nisi ad subdiaconatum an sit sublati à Concilio Tridentino, & n. sequ. usque in finem.
- 12 Ecclesia ad sui regimen indiget viris literatis, & non porcis, vel asinis serratis.
- 13 Doctoratus in iure canonico in quinque annis si velis in alia facultate studere, ad residentiam revocari non potest.
- 14 Iustus insidiosus, & perfectus persecutor fieri potest.
- 15 Congregatio Concilii non consuevit concedere ut parochii studiorum causa abesse possint nisi per artem, & magna cum circumspectione.
- 16 Parochii ut de licentia Episcopi abesse possint à parochiali studiorum causa novem requisita hic relata debent concurrere, & n. seq.
- 17 Prælati inferiores dispensare non possunt cum Parochiis, ut studiorum causa abesse possint.

SUPER SPECULA. Prælati & Capitula ad studia Theologiae scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia reditus præbendarum, & beneficiorum per quinque annos integraliter percipient, & si proprii redditus ad sustentationem studii eis non sufficientes, debet Prælatum cum Capitulo eis providere: Magistri vero donec docuerint, integrè percipient fructus beneficiorum suorum. Hoc dicit secundum Antonium de Butt. Abb. Joann. de Anan. Marian. Socin. & Felin. & sunt tres partes. Prima statutum Concilii corroborat. Secunda providet super magistrorum raritate, ibi, *Statuentes*, Tertia magistris, & scholaribus proviuet de fructibus in absentia percipiendis, ibi, *doctores*. Prima & secunda pars non servatur, & ita nullus est fructus huius statuti, & aliorum, ut dicitur *glos. 1. hic & frustra membranas occupat secundum Hofst. m. 2.* & Butt. *nu. 9. vers. Dicitur glos.* Sed quoad tertiam partem hæc decretalis innovata est à Concilio Tridentino *sess. 3. cap. 1. in fin.* Itaque magistri quamvis publice in scholis sacram Theologiam docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis eidem studio operam navaverint per quinque annos fructibus præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia plenè gaudent, & fruuntur, ut hic in littera, & in *d. cap. 1.* Distributionibus quotidianis dumtaxat amissis, ut est casus in cap. *Licet*, supra de præb. & hic notat *glos. in verb. Integre*: quæ communiter approbatur. Hoc tamen intelligas si fructus præbende à quotidianis distributionibus sint juncti; si secus verò si universi fructus huiusmodi distributionibus consenti, quæ tunc lectores, & studentes lucrantur duas tertias illarum partes omnia alia tertia quæ interventibus accrescit, ut ex sententia sacre Congregationis Concilii scripti in prædicta Decretali, *Licet. m. 97 & latus nu. 124. & sequ. & nu. 129.* Et quod dictum est de magistris, & studentibus juris canonici, quia tale studium cedit in utilitatem universalis Ecclesie, cap. *Cum ex eo, de elect. lib. 6.* secundum opinionem Archidiaconi in cap. 2. *num. 1. ad fin. vers.* Talis habita licentia, de privil. lib. 6. Quam hæc sequuntur Abb. *num. 6. vers. Sed contra. num.* Marian. Socin. *num. 10.* & pluribus confirmat Felin. *num. 2.*

quam etiam sepius probavit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Quinimo alias censuit docentes jus canonicum in publica universitate gaudere, & potiri privilegio de percipiendis in absentia suarum præbendarum fructibus, quamvis præbendæ, quas obtinent, sitæ sint in cathedralibus eiusdem Civitatis, in qua publici Lectores munere funguntur: quid autem in iure civili, dixi in cap. *Super specula, supra ne clericus, vel monach.* & vide glof. in d. c. *Cum ex eo, in verb. Litterarum, de elect. lib. 6.* & Archid. loco citato.

6 QUÆRO, An Canonicus Cathedralis publicè in aliqua academia docens S. Theologiam, si nullum sit stipendium a publico constitutum, neq; sit ex numero eorum, qui cathedras habent, sed facultatem a Rectoribus, vel alijs, ad quos spectat, obtinuerit, gaudeat privilegio a jure concessio, ut fructus canonicatus in absentia percipiat, juxta hoc cap. quod Concilium Tridentinum in d. c. 1. *seff. 5.* laivum esse voluit.

Hoc dubium habet duas partes. Prima est, an ad gaudendum privilegium oporteat lectorem esse stipendiatum. Secunda, an oporteat eum esse de numero eorum, qui habent cathedras. Quoad primam partem videtur respondendum nihil referre ad gaudendum privilegio, ut quis sit stipendiatum, necne. Primum quia ratio, ob quam a jure concessum est Lectoribus, & scholaribus privilegium percipiendi fructus beneficij in absentia, est, quia promovent utilitatem nedum Ecclesiæ particularis, sed etiam universalis, quoad sui regimini juris literatis indiget, ut patet in textu ibi: *Qui cum dedit fuerint in Dei Ecclesia, vel ut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia posse haberi Doctorum, qui velut stella in perpetuas aternitates mansuri, ad iustitiam valeant plurimos erudire.* & in fine ibi: *Cum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes, & in cap. Super specula, vers. Quia verò, Theologia studium cupimus ampliari, & c. supra ne cler. vel monach. & sic notat Abb. n. 6. & Jo. de Anan. n. 2.* hæc autem ratio militat in Lectore non stipendiatum, non minus, imò magis, quam in stipendiatum: ideoq; privilegium in utroque debet habere locum, l. *illud, ff. ad l. Aquil. cap. Tna. de consanguin. & affin.*

Secundò, quia Lectores non mandant Canones assignari stipendium, sed præberi competentis aliquod beneficium, ut in c. 1. *supra eod.* vel proventus alicuius præbendæ, ut supra in c. *Quia nonnulli*: stipendium autem ex publico sui poltea introductum, ut per Abb. in d. c. *Quia nonnulli, n. 3. prope finem.*

Tertiò, hoc clarè colligitur ex dictis Doctorum, præsertim Antonij de Butrio, Abb. & Jo. de Anan. in d. c. *Quia nonnulli*, qui clarè supponunt dari etiam Lectores non stipendiatos, & eos potiri omnibus privilegijs, quæ Lectoribus concessa reperuntur.

Quoad secundam partem dubij, an pro huiusmodi privilegijs oporteat Lectorem esse de numero obtinentium cathedras, sed tantum ut legantur in civitate regia, vel privilegiata, vel longissima possessione super hoc munita, Alber. in 1. *Consi-*

tuitione Digestorum, §. *Hæc autem, & in l. Sed & reprobari, §. de Philosophis, ff. de excusat. tutor.* Accedit quod causa privilegij militat etiam in his, qui non sunt de numero obtinentium cathedras: nam & ipsi in vinea Domini operantur juxta textum hic: ergo etiam in eius privilegium debet habere locum. Quinimo id confirmant verba c. 1. *supra eodem*, ubi agendo de Lectoribus habentibus hoc privilegium cavetur expressè neminem esse interdendum quominus legat, sitamen fuerit idoneus; & ita numerus non præstatur, sed quilibet idoneus est admittendus, & privilegio gaudet.

An autem requiratur licentia ad hoc, ut docentes, vel studentes in Theologia percipiant in absentia fructus præbendarum suarum, dixi in c. *Relatum, num. 18. & seqq. de cleric. non residentib.* & an absentes absque huiusmodi licentia cogi possint ad residentiam redire, etsi universitas sit privilegiata, dixi in cap. *Cum ad hoc, eod. tit. ad n. 2. usque in finem*, ubi habes plura circa intellectum huius Decretalis.

10 Ulterius QUÆRO, Posita constitutione Bonifacij VIII. quæ incipit *Cum ex eo*: item positis decretis Concilij Tridentini c. 1. *seff. 5.* c. 1. *seff. 7.* c. 1. *seff. 23.* & c. 18. *seff. 24.* An Episcopi dispensare possint cum ijs, qui parochiales Ecclesias obtinent, ut literarum studio ad septennium insistant, atq; interea promoveri minime teneantur nisi ad ordinem Subdiaconatus.

11 Videtur respondendum posse: nam decretum cap. 1. *seff. 5.* non modo non tollit facultatem Episcopis attributam ex d. Constitutione Bonifacij VIII. telata in c. *Cum ex eo, de elect. lib. 6.* sed imò illam expressè præservat his verbis: (Docentes verò ipsam sacram scripturam, dum publicè in scholis docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis student, privilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia a jure communi concessis plenè gaudeant, & fruantur.) Similiter decretum cap. 1. *seff. 7.* præservat facultates de non promovendo in casibus a jure communi expressis; & eodem modo decretum cap. 2. *seff. 6.* præservat legitimas facultates temporales non residendi etiam in parochialibus ecclesijs per hæc verba, (Indulgentijs verò, & dispensationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus causis tantum concessis & cum Ordinario legitime probandis in suo robore permanentibus: quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum, & c. providere, & per deputatorem idoneorum Vicariorum, & c. cura animarum nullatenus negligatur.)

Decretum verò cap. 1. *seff. 23.* & si præcipiat parochialium Rectoribus, ut jugiter resident, tamen declarat eos posse legitime abesse, cum christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas alios abesse pollulant, & infra statuit, ut quando cumque eos causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita percellis assignatione reserquant, utque licentiam in scriptis gratique concedendam ultra bimelle tempus nisi ex gravi causa non obtineant. Præservat ergo hoc loco Concil. facultatem, quam habent Episcopi concedendi licentiam abscedendi ex gravi causa, aut ob Ecclesiæ, vel reipublicæ utilita-

12 litatem. Ad hanc verò utilitatem congruè referri posse absentiam studiorum causa satis colligitur ex eadem Constitutione Bonifacij ibi. (Legendi, & proficiendi opportunitas sit sublata in grande Ecclesiæ universalis, quæ ad sui regimen viris literatis per maximè nocitur indigere, dispendium, & jacturam.) & infra ibi (ut fructum in Dei Ecclesiæ suo tempore afferre valeant opportunitum) unde Jo. Monic. *ibid. n. 1.* dicit (Cum indigentia Ecclesiæ sit subveniendum, ipsa est personis literatis implenda, non nepotulis, nec alijs defertatis.) Item Anchar. & Gemin. in 2. *notab. dicunt* (Nota quia Ecclesiæ Dei sumè indiget viris literatis, non porcis, vel asinis ferratis, & ob eorum carentiam dicitur sustinere jacturam,) ut in d. c. *Cum ex eo*. Ideo statuitur absentes studiorum causa percipere fructus beneficiorum suorum, quia denario fraudari non debent in vinea Domini operantes, ut hic dicitur in fine.

Itaque difficultas videtur restringi ad decretum cap. 18. *seff. 24.* quod præscribitur forma examinis per concursum in collatione parochialium Ecclesiarum: nam cum privilegium d. cap. *Cum ex eo*, concessum fuerit ob eam causam, ut Parochi in literis proficiant, & magis idonei efficiantur ad curam animarum administrandam: utique hæc causa videtur jam cessare in his, qui parochiales per concursum sunt assequuti: censuram enim magis idonei, cum illis, & non alijs parochiales ecclesiæ conferri possint, ac debeant ex decreto d. c. 18. & ex Constitutione 33. Pij V. *An conferendus*, cessante igitur causa privilegij, cessat privilegium. l. *Titia Seia, §. Virus, ff. de leg. 2.* Anchar. in d. cap. *Cum ex eo, n. 6. de elect. lib. 6.*

Sed tamen verius videtur facultatem d. c. *Cum ex eo*, non esse sublatam decreto d. c. 18. duobus fundamentis. Primum, quia decreta Concilij debent quantum fieri potest invicem conciliari, & contraria, & pugnantia videantur, ad cap. *Cum expellat, de elect. lib. 6.* unde non est dicendum, ut Concilium decreto d. c. 18. voluerit esse sublata privilegia d. c. *Cum ex eo*, quæ prius expressè præservaverat decreto c. 1. *seff. 5.* c. 1. *seff. 7.* c. 2. *seff. 6.* & c. 1. *seff. 23.*

Secundum fundamentum est, quia Constitutio c. *Cum ex eo* non solum emanavit in favorem scholarium, sed etiam Lectorum, & docentium in publicis universitatibus: certum est autem privilegium Lectorum non esse sublatum per decretum d. c. 18. sed potius confirmatum: nam si parochi electi in concursu sunt magis idonei, ergo maiorem fructum afferre possunt in legendo, quam si essent simpliciter idonei, atque ita per concursum non cessat; imò magis viget causa finalis d. Constitutionis Bonifacij quoad Lectores. Ideo cum parochus Valentinus legens in publica universitate Valentia sacram scripturam, quæ siverit an sue parochialis fructus in absentia percipere possit: Sacra Congregatio Concilij censuit posse, ita tamen ut cura animarum per se ipsam exercenda nihil detrimenti patiatur: unde sequitur, ut quemadmodum Concilium quoad Lectores non sustulit dispositionem d. cap. *Cum ex eo*; ita nec quoad scholares, qui eodem jure cum Lectoribus censentur, suntque hæc in parte æqualiter privilegiata.

13 ti. arg. c. *Translatio, de Constit. cum similibus*: & quamvis digniores inter probatos ab examinatore judicati fuerint, adhuc tamen perfectiores, Prosp. Fagn. in 1. part. 5. lib. Decretal.

& Ecclesiæ utiliores effici possunt; pro quo adducitur singularis doctrina Anch. in d. c. *Cum ex eo*, sub n. 7. ubi querit, An sit iusta causa revocandi ad residentiam eum, qui in quinque annis est dehoratus in iure canonico, & non vult ad Ecclesiæ redire, sed in alia facultate studere: & resolutum fuisse non esse hanc iustam causam revocandi eum ad residentiam, quia, inquit, iustus iustior, & perfectus perfectior fieri potest, cap. *Quantumlibet in fine, 27. dist. 8.* quod dixit Augustinus in cap. *Si habes, vers. En. dist. 24. q. 3.* & iuriconsultus in l. *Apud Iulianum, §. 1. ff. de fideicommiss. libertat. crediderim tamen longè majore cautela utentem esse cum provisis per concursum, quibus non nisi per rarò, & ad breve tempus concedenda esset studendi facultas. Locorum etiam, & personarum ratio habenda esset, prout observat S. Congregatio Concilij: & in specie cum Stanislaus Clericus Uratislaviensis, diocesis ex nobili genere procreatus, qui parochialem ecclesiam in diocesi Gnesnen. sitam obtinebat, petiisset ut sibi liceret per triennium in publica universitate vacare studio sacrorum Canonum, fructusque parochialis interea percipere *tit. 16. l. 160.* Sacra Congregatio tamen non concessit concedere ut parochi a parochiali abesse possint studiorum causa; tamen quia Sacri Canones id privilegium tribuunt, & Concilium illud non revocet, sed præservat c. 1. *seff. 5.* censuit gratiam petitam juveni optimæ spei concedendam, ut rem Christianam Sacrorum Canonum scientia instruetus in illis partibus promoveret possit.*

16 Quod autem pertinet ad d. Constitutionem Bonifacij, quamvis videatur valde inconvenient, ut parochi sola studiorum causa per septennium absint ab Ecclesiâ, advertendum est tamen eam constitutionem recipere declarationes, ac moderationes infra scriptas, quibus facilitas indulgentiæ plurimum temperatur.

Primum enim refertur ad personas habiles tantum, ut ibi tradit glof. in verb. *Litterarum*, ubi admonet Episcopus ut caveant, ne dispensent cum his, qui doctiles non sunt, & Jo. Monach. *num. 1. in verb. Opportunum* dicit hanc dispensationem esse faciendam cum humilibus, & studere desiderantibus, ne alioquin sit dissipatio.

17 Secundò restringitur ad solos Episcopos, & illorum superiores, unde excluduntur inferiores Prælati, ut tradit glof. in verb. *Episcopi*, Archid. in verb. *Superiores*, Anch. n. 6. & alij communiter.

Tertiò, procedit Constitutio dummodo facultas studendi non petatur in fraudem, secundum Archid. *ibi in verb. Libere*, & in verb. *Insistentes*, ubi ait mentem ejus literæ veritatem requirere, non simulatam fraudem.

Quartò, habet locum in his, qui student in universitate generali, non in castris, aut villis, c. *Tua, de cler. non resident.* glof. in d. cap. *Cum ex eo in verb. Litterarum*, & alias censuit Sacra Congregatio Concilij.

Quintò, hæc dispensatio fieri debet infra annu, in quo provilus fieri debet, non autem post, secundum Anch. *ibi n. 1. in 3. notab.*

Sextò, Constitutio ita intelligitur, ut non imponat necessitatem dispensandi, sed hoc pendat a rectò iudicio Præsidentis, secundum Archid. *ibi post princip. in verb. Libere, vers. Et nota quod hæc littera, qui tamen sub dicit: (Potest tamen dici, quod*

ubi esset persona, quæ evidenter apparet apta ad studium, Episcopus cum tali debet dispensare eua causa in hac constitutione expressa: quod si Episcopus noluerit sine causa, forte talis, qui petit dispensationem, poterit quoad hoc superioris officium implorare, arg. c. Nullus, de iure patr. & absolute superiorem adiri posse si Episcopus sine causa noluit concedere, censentur ibi Gemin, vers. Sel quaro, & Anch. sub tit. 7.

Et quamvis ex textu nostro studentibus in Theologia non concedatur nisi quinquennium, sicut etiam studentibus in iure civili, ut in procem. Digestorum, dicit tamen Jo. de Imol. & post eam Gemin, in d. c. Cum ex eo, in glof. in verb. Septennium, istud fuisse verum in tempore antiquo quando non erant tot glof. & dicta Doctorum; sed hodie esset secus, & ideo iura dant septem, vel octo annos.

Septimo, etsi Constitutio loquatur de septennio, hoc tamen tempus breviri potest, licet non prorogari; unde glof. in verb. Septennium (Comendabile est, inquit, non à principio totum dare septennium, ut experietur si proficiant, & tunc detur ulterius tempus, alias denegetur) & Archid. post princip. in verb. Septennium (Hujus litera, inquit, sensus est, quod Episcopi dispensare non possunt ultra hoc tempus, sed citra, secundum quod Ecclesijs, non personis viderint expedire.)

Octavo, septennio durante debent Episcopi providere, ut per idoneos Vicarios ab ipsis deputandos cum congrua fructuum Ecclesie assignatione cura animarum laudabiliter exerceatur, ut illic discretis verbis statuitur in §. Porro.

Ac denique omittis alius, Constitutio Bonifacij ita intelligenda, ut si quis dispensationem in fraudem impetraverit, incidat in penam cap. Commissa, de elect. lib. 6. cuius hæc sunt verba (Cæterum si promoveri ad sacerdotium non intendens parochialem receperit Ecclesiam ut fructus ex ea per annum percipias, ipsam postmodum dimissurus, nisi voluntate mutata promotus fueris, teneberis ad restitutionem fructuum eorundem, cum eos receperis fraudulentum: illum autem, qui eam tibi contulit, cum de non cederet ad ejusmodi ordinem promovendum, græter divinam, quam exinde incurrit offensam, ad servandam indemnem eandem Ecclesiam decernimus obligari.)

His omnibus servatis forte non esset in conveniens, ut Episcopi uterentur facultate sibi attributa per Constitutionem Bonifacij VIII.

Cæterum hæc disputationis gratia dicta sint: nam proposito in S. Congregatione Concilii dubio infra scripto, videlicet. An Ordinarius possit concedere licentiam parochio, qui parochialem post Concilium obtinuit, ut in publica universitate studijs sacre Theologie, vel Canonum vacare possit? Hæc reperi adnotata in libris publicis, quæ apud me asservabantur.

Partem negativam probat textus in c. 1. in vers. Eadem omnia, ibi Bimestre tempus, sess. 23. juncta declaratione S. Congregationis: nam si Episcopus etiam ex gravi causa non potest parochis concedere licentiam non residendi ultra annum, sequitur ut neque ex causa studij, quæ non debet gravior videri quàm causa inimicitiarum, vel inamicitias, propter quàm licentia à Congregatione impetrantur, nec ultra annum extenduntur.

Accedit quod parochiales post Concilium provident per concursum non nisi personis, quæ idoneæ sint de præfenti juxta. c. 18. sess. 24. quare cessat ratio, quæ consideratur in c. fin. de Magistris, & c. Cum ex eo, de elect. lib. 6.

Sanctissimus respondit non posse, iustitque Episcopum ab ejusmodi licentiæ concessione abstinere.

In glof. in verb. de licentia. De intellectu hujus glof. vide quod scripsi in cap. Cum ad hoc, no. 6. & 7. de cler. non residentib.

DE JUDÆIS.

Cap. Postulasti.

De Iudæis, & Saracenis, & eorum servitiis?

POSTULASTI. Judæus, qui percussit Clericum, temporaliter punietur: vel interdicitur commercio donec satisfaciat. Hoc dicit Jo. Andr. communis divisio, secunda ibi, ad quod.

Pro intelligentia hujus Decretalis vide quod scripsi in cap. Licet, num. 12. de penis.

DE HÆRETICIS

Cap. Cum Christus.

DE HÆRETICIS.

CUM CHRISTUS Christus fuit verus Deus, & verus homo, sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Jo. de Anan. & Marian. Socin.

Pro intelligentia hujus textus, & glof. in ver. sub anathemate, vide omnino quod scripsi in cap. Firmiter, n. 49. & 50. & præsertim, n. 51. sup. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol.

DE HÆRETICIS.

Cap. Ad abolendam.

SUMMARIUM.

- 1 Hæreticus male sentiens, vel docens de Sacramentis Ecclesie excommunicatus est.
- 2 Et nisi se corrigat, vel errorem abjuret, si clericus est, degradatur, & traditur Curie seculari.
- 3 Per quam etiam laicus legitime punietur.
- 4 Suspectus de hæresi, si se non purgat, punietur eadem pena, qua punietur hæreticus.
- 5 Principes facultates, qui in iure nolunt de ecclesia contra hæreticos defendenda, dignitate privantur, & n. 27.
- 6 Item excommunicantur, & terra ipsorum interdicitur.
- 7 Et civitates resistentes privantur aliorum commerciorum.

mercio, & Episcopali dignitate.

- 8 Exempli sub sunt ordinarij super q̄s, quæ contra hæreticos instituantur, & n. 10.
- 9 Hæreticus est non solum qui male sentit de articulis Fidei, sed etiam de corpore, & sanguine Christi, & reliquis Sacramentis.
- 10 Hæresis causa spectat ad iudicium ecclesiasticum etiam contra exemptos, & laicos.
- 11 Sed si dubitetur an aliqua assertio sit catholica, solius Papa est hoc diffinire.
- 12 Episcopus non cognoscit de causa hæresis sine consensu, vel consilio Capituli.
- 13 Capitulum sede vacante succedit in potestate iurisdictionali Episcopi, etiam quoad iudicandum hæreticos.
- 14 Clericus de hæresi convictus non statim est tradendus Curie seculari, sed prius est degradandus.
- 15 Hæreticus conversus ut effugiat penam mortis, qua requiritur, amittit.
- 16 Criminosi regulariter condemnari, & puniri debent etiam si penitentiam.
- 17 Fallit in hæreticis, & cur.
- 18 Hæretici ad fidem redeuntes quamvis evitent mortem, tamen in perpetuum carcerem detinentur.
- 19 Nisi sponte compareant antequam sint denunciati, vel accusati.
- 20 Et quid si penitentiam statim post capturam, vel ante publicationem testium.
- 21 Hæresis crimen est merè ecclesiasticum.
- 22 Et iudex laicus solam habet executionem.
- 23 Iudex laicus in executione sententia contra hæreticum lata non potest cognoscere de nullitate processus.
- 25 Hæreticus relapsus non est audiendus, licet iterum velit abjurare.
- 26 Etiam si tempore prime abjurationis crimen non fuerit plene probatum.
- 27 Principes facultates, & laici ratione criminis ecclesiastici possunt per iudicium ecclesiasticum privari dignitatibus, & honoribus etiam ab imperatore habitis.
- 28 Hæretici an sint ipso iure beneficij privati, an vero privandi per sententiam, & num. seqq. usque ad num. 24.
- 29 Spoletur verbum supponit privationem ipso iure, 30 Nudetur verbum equipollet verbo spoletur.
- 31 Verbum futuri temporis quando est executivum, importat latam à lege sententiam.
- 32 Bonorum appellatione etiam beneficia ecclesiastica continentur.
- 33 Hæretici beneficia an vacent ubi hæresis incurritur, an vero ubi lata est sententia declaratoria.
- 34 Constitutiones Apostolicæ contra hæreticam pravitatem, quæ decretalibus sexti non obviant, præservantur.
- 35 Beneficia propter hæresim vacantia Sedi Apostolica reservantur ad P. V.
- 36 Dimissorias concedendis facultas spectat ad Capitulum Episcopo existente notorie hæretico.
- 37 Sede vacante interpretative, & non verè, iurisdictione non devolvitur ad Capitulum.
- 38 Matrimonium contractum coram Parocho publico hæretico est invalidum, si publicatum fuerit in parochia decretum Concilij, & c.
- 39 Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato etiam denunciato validum est.
- 40 Excommunicatus retinet beneficia prius obtenta,

licet non possit de novo acquirere.

- 41 Hæretici beneficia impetrari possunt uti vacantia etiam ante sententiam declaratoriam.
- 42 Hæreticus tamen non potest à beneficiis amoveri antequam sit pronuntiatus super crimine.
- 43 Filij hæreticorum si à Papa inhabilitentur usque ad quartam generationem, an hoc intelligatur tam de filijs filiarum, quàm de filijs filiorum.
- 44 Clericus pro crimine quantumvis enormi de iure non degradatur, nec traditur Curie seculari, nisi in tribus casibus hic expressis.
- 45 Hæretico elapsus seculari iudici sine ulla audientia est relinquendus.
- 46 Hæretico relapsio in casu hic posito an per Sedem Apostolicam sit concedenda absolutio, & rehabilitatio ad honores, & dignitates, & num. seqq. usque in fin.
- 47 Hæreticus elapsus potest per Sedem Apostolicam medum absolvi, sed etiam ad honores rehabilitari.
- 48 Absolutio penitentis non est deneganda.
- 49 Impenitentis præsertim relapsio non est concedenda.
- 50 Relapsus non est recipiendus ad Sacramenta penitentis, & Eucharistia, nisi manifesta dederit signa penitentis.
- 51 Penitentia signa hæretici relapsi qua sint.
- 52 Penitentia perfecta cogit peccatorem omnia libenter perferre.
- 53 Carnis illecebrus immersus penitens non dicitur quoad alia peccata.
- 54 Penitentia falsa qua sit ibidem.
- 54 Impietas quadam infidelitatis est à Deo dimidium sperare veniam.
- 55 Impenitentia signum nullum maius in relapsio, quam hæreticos provehere.
- 56 Crimen qui potest emendare, & non corrigat, ipse committit.
- 57 Hæreticus se impenitentem ostendit qui nondum obtenta absoluteione interest divinis.
- 58 Penitens ut quis consecratur, non sufficit docere de bonis operibus.
- 59 Sacramentorum frequentia in excommunicato impenitentiam arguit.
- 60 Penitentiam modicam Deus non respicit.
- 61 Relapsio non sufficit levis penitentia ad absoluteionem obtinendam.
- 62 Absolutio impenitenti non est concedenda cuiusvis periculi vitandi causa.

AD ABOLENDAM. Hæreticus male sentiens, vel docens de Sacramentis Ecclesie excommunicatus est; nisi se corrigat, & errorem abjuret, si est clericus, degradatur, & traditur Curie seculari, per quam etiam laicus legitime punietur. Eadem est poena suspectis, qui se non purgant: relapsus vero audientia denegatur. Sæculares Principes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendenda, dignitate privantur, excommunicantur, & terræ ipsorum interdiciuntur: civitates vero resistentes aliorum commercio, & episcopali dignitate privantur: & exempti in his sub sunt Episcopis. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Jo. de Anan. Felin. & Marian. Socin. & novem sunt partes, quæ per se patent.

Nota primò ex principio text. Hæreticum esse non tantum qui male sentit de articulis fidei, qui continentur in Symbolo, ut cap. Firmiter, supra de

Summa Trinitat. & fide Catholic. Sed etiam qui male sentit de Sacramentis Ecclesie, ut de corpore, & sanguine Christi. De erroribus autem circa hoc Sacramentum traditur de consecrat. *dist. 2. per tot.* & in Concil. Trident. *sess. 13. De Sanctissimo Eucharistia Sacramento in undecim Canonibus ibi positus*; de Baptismate traditur de consecration. *dist. 4.* & in Concil. Trid. *sess. 7. de Baptismo in 14. Canonibus*. De penitentia habetur infra de penit. & veniss. & in Trident. *sess. 4. in Doctrina de Penit. Sacram. & in 15. Canonibus subsequentibus*. De Matrimonio in cap. *Debitum*, supra de bigam. & in Trident. *sess. 24. in Doctrina de Sacramento Matrimonii*, & in duodecim Canonibus immediate sequentibus. Et de aliis tribus Sacramentis notatur per Joann. Andr. supra in rubr. de Sacram. non iter. & post Hostien. in *summa eod. tit.* Et habetur in Trident. *sess. 7. de Sacramento Confirmationis in 4. Canonibus, sess. 14. in Doctrina de Sacramento Extreme unctionis*, & in Canon. 1. 2. 3. & 4. & *sess. 23. in Doctrina de Sacramento Ordinis*, & in 8. Canonibus subsequentibus, & de omnibus sacramentis singillatim in Concilio Florentino in decreto fidei Eugenii IV. pro instructione Armenorum *tom. 4. Concil. part. 1. pag. 612.*

10 Secundo nota ibi, & generaliter, quoscunque, juncto verb. *Laicus autem*, & verb. *Si qui vero*. De crimine hæresis iudicem ecclesiasticum non tantum cognoscere contra clericos sibi subditos, sed etiam contra exemptos, & laicos, Innoc. hic in *fin. Abb. nu. 3. & 7.* & Marian. Socin. *num. 2.* qui addunt etiam inferiorem posse cognoscere si delictum est clarum: si vero dubitaretur an aliqua esset claritas Catholica, necne: tunc solum Papam posse hoc determinare, ac distinguere, ut c. *Multis*, 17. *dist. cap. Quartus*, 2. q. 1. cap. *Maiores*, supra de *Baptismo*.

11 Tercio nota ibi, *Cum consilio clericorum*. De causa hæresis Episcopum non cognoscere sine consensu Capituli. Consilium enim hic accipitur pro consensu arg. cap. 1. ibi: *aut sine iudicio Capituli suspendere, vel eorum ecclesiam interdico subijcere attentetis*, infra de excessib. *Prælat.* secundum Host. hic *num. 2. in verb. Cum consilio*, Butr. *n. 30.* sed Jo. Andr. *num. 4.* dicit in sententijs arduis Episcopum requirere consilium Capituli, licet consensum non expectet, cap. *Novit*, & cap. *Quanto*, supra de his que sunt a *Prælat.* cap. 3. de consuetud. *lib. 6.* Ad hoc vide quod scripsi in cap. *Cum ex eo*, numero 20. supra de reliquis, & *veneratione Sanctorum*.

12 Quarto nota ibi, *vel clerici ipse vacante*, Capitulum sede vacante succedere in potestate jurisdictionali Episcopi, etiam quoad iudicandum hæreticos, prout hic notant Hostien. *num. 2. & 4.* Henric. Boich. *num. 4.* Butr. *num. 3. in 5. notab.* Abb. *num. 4.* Sylvester in verb. *Hæresis*, 2. *num. 2.* Molin. de *ius & iure tract. 5. dist. 28. num. 2. in fin.* Generaliter autem an, & quando iudicatio transferat in Capitulum sede vacante habes hic prolixam distinctionem Innocentii *nu. 1.* quam ad litteram recitant Hostien. *num. 3.* & Jo. Andr. *num. 5.* Sed du dicas ut plene scripsi in cap. *Hic qua de maior. & obedien.* & notatur in cap. *Cum olim eod. tit.*

14 Quinto nota ibi, *Totius ecclesie ordinis prerogativa nudetur*. Clericum convictum de hæresi

non statim esse tradendum Curie seculari, sed prius esse degradandum, ut hic, & expressius in c. *penult. infra eod.* & hic notant Hostien. *num. 6.* Butr. *num. 5.* Anchar. *num. 4.* Abb. *num. 5.* Jo. de Anan. *num. 6.* & Marian. Socin. in *5. notab.* Joan. Andr. Butr. Cardin. & omnes in *summario* tex. Covar. *prædicar. quest. in q. 32. num. 2.* dicens hoc omnes fateri Jul. Clar. in *prædicar. crim. §. fin. q. 36. verl. Scias autem*. De forma autem degradationis legitur, & notatur in cap. *Novimus*, de verb. significat. in cap. *Degradatio*, de penit. *lib. 6.* & in Pontificiali Romano in pluribus titul. de *degradatione*.

Sexto nota ibi, *omni officio, & beneficio spoliatus ecclesiastico*. Hæreticum esse privatum ipso iure omnibus officiis, & beneficiis. Sed hoc latius examinabitur infra in 1. *quest.*

15 Septimo nota in verb. *Nisi continuis*. Quatuor copulativè requirit ad hoc, ut hæreticus ad Catholicam fidem rediens effugiat penam ultimi supplicij. Primum est, ut incontinenti adiret errorem suum: secundum ut sponte id faciat, ut patet in littera ibi, *continuis*; & ibi, *spontè*: quando autem dicatur incontinenti, & spontè redire, consule Abb. in cap. *Excommunicamus*, il *primo. n. 10. infra eod.* & Jacobum Simanch. Episcopum Pacensem de Catholicis institutioibus, *tit. 47. n. 7.* Tertium est, ut abjuret publicè secundum arbitrium proprii Episcopi, ut in tex. ibi, *ad arbitrium Episcopi regionis publicè confenserit abjurare*. Quartum ut de peccato condignè satisfaciatur per penitentiam, & aliam penam pecuniariam sibi iudicendam, ut ibi, *satisfactionem congruam exhibere*, & in cap. *Ut commissi*, de *heretic.* *lib. 6.* & notat Jo. de Lignano in Clem. *ad nostram*, eod. tit. Butr. hic *num. 6.* Abb. *num. 5. verl. Item nota.* & *nr. 6.* & Marian. Socin. *nu. 8.* Et ita quamvis secundum regularis juris communis, ex quo semel commissi, crimen, & deberet judicialiter puniri, & condemnari, etiam si peniteret, quia per huiusmodi penitentiam in foro humano, & judiciali nocens esse non desit, ut l. *Qui a mente*, ff. de penit. l. *Quod significatum*, in *princip. ff. de adilit. edit.* & hic per Anchar. in *5. notab.* & Abb. *num. 5. in fin.* Tamen quia Ecclesia benigna est, nec claudit gremium redeuntibus, mitius agere volens in hac parte, ordinavit, ut illic post deprehensionem in hæresi ad unitatem ecclesie spontè redeunt, & errorem ut supra abjurantes, & satisfactionem exhibentes ad misericordiam recipiantur, & in ipsa penitentia salutari salvetur eis vita, nec permittatur occidi per brachium sæculare, quia ecclesia tueri debet suos penitentes. Ita DD. de *Rota decis. 1. n. 14. de heret. in antiq.* Averte tamen, quia sic redeunt, etiam mortem evadant, non tamen omnino penam effugiunt; imò in perpetuum carcerem ad agenda penitentiam detrahuntur, ut c. *penult. infra eod.* & ibi notat *glos. final.* & communiter Doctores, & *Rota decis. 1. num. 15.* Ab hac tamen regula perpetuæ detractionis excipiendi sunt qui spontè compareant, & ad ecclesiam redeunt, antequam sint de crimine accusati, seu denunciati, non enim debent in perpetuū carcerem condemnari, ut probat text. a contrario sensu in d. c. *penult. §. fin. ibi*: (Si qui postquam fuerint deprehensi redire voluerunt ad agendam condignam penitentiam, in perpetuum carcerem detrahantur.) Ergo è contrario si spontè redeant, & mil-

misericordiam implorent, antequam fuerint deprehensi, non videntur perpetuo carceri mancipandi: & ita servatur in supremo Tribunali Sanctissimæ Generalis Inquisitionis. Quid autem juris sit de illis, qui statim postquam capiti sunt, tam de se, quam de aliis, quos hæreticos esse sciunt, plene & sincerè consentitur: nec non de illis, qui puro corde redeunt priusquam dicta testium fuerint publicata, numquid tales in perpetuum carcerem sint detrahendi? Consule eundem Jacobum Simancham de *Cathol. Institut. tit. 16. num. 17.* & Franciscum Pentam in *3. part. Direct. Inquisit. Schol. 142.*

21 Octavo nota in verb. *Laicus autem*. Crimen hæresis esse merè ecclesiasticum, adeo ut iudex laicus nec contra laicum possit cognoscere, vel iudicare, aut quoquomodo se ingerere, cap. *Ut inquisitionis*, §. *Prohibemus*, de *heretic.* *lib. 6.* Laicus enim solum habet executionem contra hæreticos facta degradatione, & traditione, & relicta ei executione, ut in d. §. *Prohibemus*, & in cap. *Cum secundum leges*, eodem *tit. & lib.* & hic notant Abb. *num. 7. & 12.* & Marian. Socin. *nu. 9.* An autem iudex secularis alitricus exequi sententiam iudicis ecclesiastici latam contra hæreticum possit cognoscere de iustitia processus: quicquid dicant Legiste, tenendum est non posse cognoscere, ut probatur in d. §. *Prohibemus*; & hic late firmat, & objectis respondet Felia. alios cumulans *nu. 5.* Idem notat Abb. in cap. *Et qua*, *nu. 14. de stat. Monach.* dicens, Bartolum in hoc errasse in l. *Dirus*, ff. de *custod. reor.* Beron. in cap. *At si Clerici*, *num. 79. de iudic.* Hippolyt. de *Marfil.* post alios in *tract. de hanc. in verb. Iudice*, *n. 129.*

22 Nonò nota ibi: *qui verò inventi fuerint suspicionem notabiles*. Ex sola suspitione hæresis in dicitur purgationem, in qua deficiens puniatur, ut convictus, & indicitur hæc purgatio ad arbitrium Superioris, ut in text. & sic preparatur bonus modus convincendi suspectos de hæresi, licet indicendo purgationem, ut hic per Butr. *nu. 6. in 1. notab.* & *n. 7.* Abb. *nu. 8.* & Marian. Socin. *nu. 10.*

23 Decimo nota in verb. *Illos quoque*. Relapsum in hæresim non esse audiendum licet iterum velit abjurare. Recidere enim pejus est, sive periculosius quam incidere, & deterior dolus est illius, qui interruptam iterum litem deserit, quam qui semel captam dereliquit, ut §. *Si vero in prædictum*, in *fin. in authen. de litigios.* Hostien. hic *nu. 9.* Quod procedit secundum Doctores etiam si tempore primæ abjuracionis, crimen hæresis non fuerit plene probatum, sed ob solum hæresis suspicionem fuerit facta abjuratio, ut hic per Butr. *num. 8.* & Marian. Socin. *nu. 11.* ad quod vide quod legitur, ut notatur in cap. *Accusatus*, infra eod. *lib. 6.*

27 Ultimo nota in verbo *Statutum in super*. Ratione delicti ecclesiastici Princeps etiam sæculares, & laicos posse privari per ecclesiasticum iudicem dignitatibus, & honoribus sæcularibus, etiam ab Imperatore obtentis, & inhabilitari ad acquirendos, ut hic per Butr. *nu. 11.* Abb. *nu. 8. in verb. Statutum*, & Marian. Socin. *nu. 12.* Dixi in cap. *Vergentis*, *n. 6. & 7. infra eod.*

28 QUARTO an hæretici sint ipso iure privati beneficijs ecclesiasticis, anue sint privandi per sententiam.

29 Videtur respondendum esse ipso iure privatos

Primò per hoc cad. ponderando illa verba: *& sit omni officio, & beneficio spoliatus ecclesiastico secularis relinquitur arbitrio potestatis*; nam verbum *spoliatus* executionem importat, & sic denotat privationem ipso iure, ut notat Butr. in cap. *fin. n. 15. verl. Quarto*, supra de *postuland.* ubi per illum text. in verb. *Spoliatus*, & per cap. *Conquerentes*, de *restitut. spoliat.* dat generalem theoreticam, quod ubicumque aliquis utitur verb. *Præcipimus spoliari*, vel *spolietur*: licet sit verbum futuri temporis, tamen supponit privationem ipso iure, & denotat solum amotionem manulem, & quoad facti possessionem; & sic refert fuisse allegatum in facto, & eum sequitur Felin. in cap. 2. *n. 3.* & in cap. *Infirmatum*, in *princip. de simon.* Ad quod vide bonum textum in cap. *Ex tua*, de *cleric.* non resistens iuncta expositione Hostien. & Jo. Andr. ibi verb. *Spoliari* Nec refragatur quod hæc inductio collatur ex verbis præcedentibus ibi, *totius ecclesiæ ordinis prerogativa nudetur*: quæ verba videntur importare privationem per sententiam ex notatis per Felin. in d. cap. *Rudolphus*, quasi eum textus statim subiungat; & sic omni officio, & beneficio spoliatus hæc ultima videretur denotare executionem dictæ privationis per sententiam faciendæ, non autè privationis ipso iure. Respondetur enim, illud quoque verb. *nudetur*. Similiter refertur ad manulem executionem; tunc idem importet, quod *spolietur*, ut c. §. *Illam autem*, in *fin.* & ibi Archidiacon. in verb. *Iam nudatus*, id est spoliatus, de *restitut. spoliat. lib. 6.* ac proinde intrat alia consimilis theoretica Raphaelis in l. *Providendum*, c. de *postuland.* per *glos.* ibi positam in verb. *Fors*, & ab Angelo ibi approbatam, quod verbum futuri temporis importat latam à lege sententiam, quando est verbum executivum: quam theoreticam sequitur And. Siculus in c. *Sacerdotes*, de *off. Ordin.* relatus à Felin. in d. cap. *Rudolphus*, *n. 25. de re script.*

31 Secundo; principaliter pro hac conclusione est text. in c. *Cum secundum leges*, de *heret.* *lib. 6.* per quod patet bona hæreticorum esse confiscata ipso iure, ita ut eorum dominium hæretici eo ipso amittant, nec aliud requiratur nisi pronuntiatio iudicis ecclesiastici super crimine. Bonorum autem appellatione etiam beneficia ecclesiastica continentur, cap. 1. de *præben.* & l. *Bonorum*, ff. de *verb. significat.* & Rebuff. ibi, & in *praxi beneficior.* in *tit. de simon. in re signat. num. 31.* Et quamvis in beneficijs non intret confiscatio, cum non sint transitoria ad Fiscum; intrat tamen privatio, de qua ibi. Et illa illum textum intelligit Rota apud Achillem de *Grass. decis. 345. alias 1. num. 3. de hereticis.*

Tercio; Idem probatur in cap. *Ut commissi*, §. *Privandi*, infra eodem *lib. 6.* ibi, *privandi vel privatos nunciandi*: nam dictio, vel, expolitivè est accipienda pro *ide*, ut ibi notant Joann. Andr. numero quarto in verbo *Privandi*, & alii post eum.

Quarto, ad idem videtur tex. ad quem non advertunt DD. in cap. 1. de *paroch.* nam ibi fuit substitutus alius Episcopus in locum Episcopi hæretici, nec apparet contra hæreticum fuisse latam sententiam privationis, ipseque ad unitatem Ecclesie reverfus restituitur dispensativè, & sit divisio inter eum, & Episcopum substitutum iuxta

formam in text. præscriptam, ut ibi notant Innoc. Host. & Jo. Andr. & sic supponitur ipso jure privatus episcopus; & quod Episcopo hæretico ad Catholicam fidem redeunti non restitatur episcopus nisi ex misericordia, probant cap. ipsa pietas, vers. Item si iniqui, in fin. 23 q. 4. & c. Quod autem, q. 7. c. Conventibus 1. q. 7. & per hæc jura notat glos. in c. Vergentis, in verb. Misereati infra eod. & ibi etiam Host. num. 1. in eod. ver. & Marian. Socin. in 3. notab. Quare hanc opinionem probant in d. c. Ut commissi, Io. Andr. Gemin. Franch. & communiter DD. dum exponunt illa verba, vel privatos nunciandi, ut dictio, vel, licet expolitivè pro idest, Abb. in c. iure dilectus, n. 11. de excessib. prelat. Philip. Prob. in addit. ad Monach. in c. Alma Mater, num. 8. de sentent. excomm. lib. 6. Millis in repet. in verb. Hæreticus, Covarr. var. resol. c. 3. n. 4. Rebuff. in prax. beneficiar. 3. par. tit. de mod. amittent. benef. n. 3. & de pacific. possess. n. 196. Bernard. Diaz. in practic. crimin. Canonie. cap. 114. n. 2. Navarr. cons. 6. & cons. 116. vers. 2. de hæretic. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 5. casu 416. n. 61. Franc. Pænia in Director. inquisit. 3. q. 113. schol. 162. eamque alias probavit Rota apud Castellor. decis. 14. super regulis, num. 1. & 4. quæ de hoc dicit esse tex. in c. Quo iure, & ibi glos.

33 Domitico & Præposit. 8. dist. & eandem supponit decis. 707. in 4. par. 3. divers. licet dominion non fuerint concordæ, an beneficia hæretici vacaverint in partibus, ubi crimen hæresis fuit commissum, an verò in Curia, ubi lata fuit sententia declaratoria. Fateor non deesse qui sentiant hæreticos non esse beneficijs privatos ipso jure, sed privandos per sententiam, ut Alphons. à Castro. in tit. de inst. hæretic. punit. c. 9. Jacob. Simanch. de Cathol. institutione, c. 46. num. 72. Thomas Zerola in praxi Episcopali in 1. part. in verb. privatio in princip. & quidam alij apud Sanchez super Decalog. lib. 2. c. 26. an 5. earatione, quia privatio ipso jure nunquam inducitur nisi expressè id jure cautum reperitur, glos. 2. in c. fin. de iure patron. Sed quicquid dicant, tu non recedas à prima opinione; tum quia communis est, tum quia bene probatur in præalleg. jurib. Tum denique quia hoc est diversis verbis expressum in Constitutione 2. Nicolai II. Noverit universitas, in Bullar. tom. 1. pag. 124. ubi sic legitur: (Hæretici autem, & receptores, defensores, fautores eorum, ipsorumque filij usq; ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittantur: quod si secus actum fuerit decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos ex nunc privamus beneficijs acquisitis, volentes ut tales & habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur.) Quid clarius? Porro hæc Constitutio, sicut & aliæ contra hæreticam pravitatem à Romanis Pontificis editæ, quæ Decretalibus Sexti non obviant, præservantur in c. ultim. in fin. de hæretic. lib. 6. ut notet glos. in præmio Sexti, in verb. Reservantur.

35 Suffragatur etiam communi opinione Constitutio 29. Pij V. Cum ex Apostulatus, in Bullar. 10. 2. pag. 213. qua perpetuò reservantur dispositioni apostolicæ beneficia vacantia propter hæresim; & sic supponit hæreticos esse beneficijs privatos ipso jure, ut rectè observat Franc. Pænia in Director. inquisit. p. 3. schol. 162. & Nicol. Garz. de benef. p. 21. c. 10. nu. 71. & Axor. instit. moral. lib. 3. cap. 13.

q. 8. licet hujus Constitutionis verba in alium sensum detorqueat Thom. Sanchez super Decalog. l. 2. c. 26. n. 6. vers. Quia nec motus proprius.

36 Ad extremum communem sententiam (semel atque iterum non obscurè probavit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum: aliquando enim censuit, Episcopo existente notoriè hæretico, facultatem concedendi dimissorias spectare ad Capitulum Cathedralis Ecclesie; non enim Sacra Congregatio mota fuit ex eo, quod sedes Episcopalis propter hæresim Prælati vacet interpretativè, secundum ea, quæ adnotavit Host. in summa tit. Ne sede vacante, §. Quot modis dicatur sedes vacare, n. 2. & ex illo Joann. Franc. Pavin. in tract. de offic. & potest. Capituli sed. de vacante. prælud. 7. & ult. nu. 13. vers. Secundo si Prælati, tract. tom. 13. p. 2. fol. 413. liquidem propter vocationem interpretativè jurisdictionis ad Capitulum non devolvitur, c. 1. & ibi notat glos. in verb. Ipsius, & ante eam Host. ibi n. 8. de off. Vicar. lib. 6. & nos fusè probavimus in c. Quia diversitatem, à num. 16. usque in fin. de concess. præben. sed mota fuit, quia propter hæresim notoriam Prælati sedes Episcopalis vacat verè; & ideo jurisdictionis, & consequenter facultas concedendi dimissorias transit in Capitulum sede vacante, ut c. His que, & c. Cum olim, de maior. & obed.

38 Et aliàs censuit matrimonium celebratum coram parochio publico hæretico esse invalidum, si in parochia decretum cap. 1. sess. 24. de reformat. matrim. publicatum fuerit ante 30. dies post matrimonium contractum: hæc enim declaratio nõ fundatur in eo, quod parochus hæreticus sit excommunicatus, ut hic, & in cap. Excommunicamus 1. & 2. infra eod. quandoquidem validum est matrimonium contractum coram parochio excommunicato etiam denunciato, ut eadem Sacra Congregatio respondit tempore bon. mem. Cardinali Mathæi re diligenter examinata; ea ratione, quia excommunicatus retinet beneficia prius obventa, licet non possit acquirere de novo, cap. Cum bone mem. de etat. & qualit. cap. Postulatus, de cler. excomm. ministran. ut colligitur ex vobis Cardinali, sed fundamentum prædictæ decisionis fuit quia parochus publicus hæreticus definit esse parochus, cum sit ipso jure privatus beneficio parochiali; merito invalidum est matrimonium coram eo celebratum ob non servatam formam à Concilio præscriptam in d. c. 1.

41 Caterum advertet, quia etsi hæreticus à die perpetrati delicti sit ipso jure privatus beneficijs antea obtentis, ut ex dictis constat; ideoque beneficia hujusmodi tamquam vacantia impetrati possint etiam ante sententiam declaratoriam, ut notat Philip. Prob. ad Monach. in c. Alma mater, n. 8. de sent. excomm. lib. 6. & Rebuff. in prax. beneficiar. tit. de mod. vac. n. 5. non tamen potest à possessione amoveri, nisi prius sententia declaratoria contra ipsum promulgetur super factò, id est cum incidisset in crimen hæresis, ut aperte probatur in c. Cum secundum leges, de heret. lib. 6. ubi postquam text. dixit bona hæretici esse confiscata ipso jure, immediate subjungit: Confiscationis tamen executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, vel alios dominos temporales, antequam per Episcopum, vel aliam ecclesiasticam personam, quæ super hoc habet potestatem, sententia super eo crimine fuerit pro-

promulgata: & in hac specie observant Sarnen. in regul. de annali. q. 52. n. 3. vers. Secunda ratio, Menoch. de arbit. iudic. centur. 5. cas. 416. num. 6. 2. & alij recentiores, quos cumulat Thomas Sanchez super Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 7. contra Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 43. sect. 1. n. 4. & in hunc sensum accipi possunt Doctores, qui scripserunt crimen hæresis non privare beneficium suo beneficio ante sententiam, secundum Menochium ubi supra n. 6. 4. inter quos allegatur Innocent. in cap. Cum nostris, de concess. præben. Compoll. in cap. Consideramus, de election. & Anchar. cons. 293. num. 4. vers. Nam licet propter crimen, quos sequutus est Alciat. in d. cap. 1. n. 37. de iudicis.

An autem hæreticorum filij sint & ipsi beneficijs ecclesiasticis privati ipso jure, vel privandi per sententiam, lausimè examinavi in cap. Vergentis infra eod. Item si Papa statuat ut hæretici, & filij eorum usque ad quartum gradum non admittantur ad collegium clericorum, nunquid hoc sit intelligendum tam de filiis, quam de filiis filiorum eg. egie disputat in utramque partem Host. in d. c. Vergentis, à n. 4. usque ad n. 9. concludens pro negativali: sed hodie vide Constitutionem Bonifacij VIII quæ habetur in c. Statutum, il. secundo, infra eod. lib. 6.

44 In glos. in verb. Relinquatur, nota bene hanc glossam, quia à Doctores quotidie allegatur, quod pro nullo crimine quantumcunque enormi Clericus non incorrigibilis debet statim degradari actualiter, & tradi Curie seculari, sed debet deponi, & remanere sub potestate ecclesiastica, præterquam in tribus casibus. Primus est in crimine hæresis, ut hic; & quamvis Abb. nu. 11. dicant hanc non esse bonam exceptionem, quia si convictus de hæresi vult redire ad Fidem, non transitur Curie seculari, ut hic dicitur: ergo tunc solum traditur cum est incorrigibilis; & sic non rectè excipitur: tamen salvado glossam, cum qua transeunt communiter Doctores, potest dici in hæretico servandam non esse illam formam, quæ in Clerico incorrigibili præscribitur in cap. Cum non ab homine, supra de iudicis. Item hæreticus relapsus licet sit paratus se corrigere, & velit hæresim abjurare, nihilominus traditur Curie seculari, ut hic statuitur verè. Illos quoque, & dictum est supra in 10. not.

Secundus casus est in crimine falsi, intellige de falsificante litteras Apostolicas, ut in cap. Falsarium, de crimine falsi, & in cap. Novimus, de verb. significat.

Tertius est in conspirante contra Episcopum proprium, ut in cap. Si quis sacerdotum, n. qu. 1. & sic sentit glos. in hoc tertio casu, Clericum statim esse degradandum, & tradendum Curie seculari, licet non sit incorrigibilis; sed glos. in d. c. Si quis sacerdotum, in verb. Mox depositus, variavit; & quod requiritur incorrigibilitas, tenuit glos. in cap. final. in ver. Inramento absolvant de testib. cogend. & Barthol. Brixienlis in cap. Si qui sunt, 2. q. 7. Verum etsi hæc opinio sit benignior, tamen contraria est verior, ut ait Host. in d. cap. Novimus, nu. 1. vers. 3. & communiter etiam tenetur, ut dixi in d. cap. Cum non ab homine, n. 7. de iudicis, ubi retuli alias glossas, & Doctores concordantes; & ibi etiam vide alios casus, in quibus per Constitutiones Apostolicas Clericus tradi potest Curie seculari; & quamvis Abb. hic num. 11.

vers. Sed hinc in avariam, & plenius in cap. At si Clericus de Indispa. tenuerit pro quocumque crimine gravi, & damnoso Clericum incontinenti posse tradi Curie seculari, etiam non expectatà incorrigibilitate: tamen ejus fundamentum lausimè confirmavi in præalleg. Decretali Cum non ab homine, à n. 65. usque ad n. 104.

45 In verè. Illos quoque, cum tex. decernat eos, qui post abjuracionem erroris, vel postquam se proprii Antilitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sine ulla penitus audientia esse relinquendos.

46 QUÆRO, An relapsus in casu infra scripto per Sedem Apostolicam sit concedenda absolutio, ac rehabilitatio ad honores, & dignitates.

74 In causa N. absolutionem petentis sub censura Ecclesie Primum illud pono, hæreticum utcumque relapsum posse à Summo Pontifice nedum absolvi, & unitari Ecclesie restituere, cap. Super eo, de hæretic. lib. 6. sed etiam ad honores, & dignitates rehabilitari; tum quia multis exemplis factum esse constat; tum quia hæc Constitutio jubens eos sine ulla penitus audientia seculari iudicio esse relinquendos est juris positivi, quippe à Lucio III. condita fuit ad hoc quod notat Innoc. in cap. Cum ad monasterium, n. 3. de stat. Monach. un. de criminis poena relapsi quoad Papam est arbitraria; latè Arnal. in cap. Quoniam, q. 12. num. 9. de hæretic. lib. 6.

48 Pono item absolutionem esse concedendam penitentibus, impenitentibus esse denegandam. Prima pars probatur vulgaris Sacre Scripturæ locas; Ecclesia nanquã claudit gremium redempti, peccator in quacumque hora conversus fuerit, & ingenuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius: Cum conversus fuerit, & ingenuerit, tunc salvus erit, alique similibus, quorum possum meminere Sancti Patres, & in specie Chrysostomus Epistola quinta ad Theodorum Lapsam, ubi rem pluribus illustrovit exemplis, idemque habetur diversis Gratiani locis, cap. Penderet, 50. dist. cap. Cognovimus, §. Ecce, cap. 15. 2. 6. q. 6. cap. Quia eadem dist. ubi habetur ibi dari misericordiam, ubi post peccatum est sequuta penitentia: nec enim debet despici in eo, quo fuit, quia jam incipit esse quod non fuit: quæ habere locum etiam in relapso constat ex text. in d. c. Super eo, ubi Archid. Jo. Andr. & cæteri DD. & S. Thomas in 2. 2. q. 11. art. 4.

49 Secunda pars probatur ex cap. Legatur, 2. q. 9. 2. quo habentur hæc verba Gelasij Papæ: (Legatur ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei à quibuslibet Pontificibus, aut ab ipsis Apostolis, aut ab ipso denique Salvatore veniam, nisi incorrigentibus, fuisse concessam) Idem habetur in c. Penitentes, 50. dist. Quod si in quolibet peccatore id observandum est, ut non absolvatur nisi penituerit, id certè exactius observari oportet in relapso, qui cum redierit semel ad hæresim abjuratam, jam se ostendit in Fide Catholica inconstantem: propterea prudenter Alexander IV. in d. c. Super eo, de hæret. lib. 6. expressè statuit, ne relapsus ad Sacramenta Penitentia, & Eucharistia recipiatur, nisi manifesta dederit inditiam penitentia.

Hic ita constitutus patet solutionem dubitationis circa absolutioem petentem pendere ex factò,